



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 141. Aliæ Terræ a Vesputio sub Lusitaniæ Rege detectæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XVI. vexillis duceret, his igitur navigiis instru-  
A. C. 1502. ctus non modo ad Caribes Insulas pro-  
 currit, sed etiam obliquatis velis Guahana-  
 næ, & Venetiolæ oras detexit, demum  
 Anno millesimo quingentesimo in Mense  
 Novembri in Fretum Gaditanum cur-  
 sum relegens, inde Hispaniam contendit:  
 Verum cum de Hispanis ob res tam præ-  
 clare gestas exigua inventi recentis orbis  
 præmia ferret Vesputius, rei indignitate  
 commotus, novæ navigationis labores  
 suscipere recusabat.

## §. CXLI.

*Alia terra a Vesputio sub Lusitaniæ  
 Rege detecta.*

*Herrera dec.* Interea Emanuel Lusitaniæ Rex alienæ  
*1. lib. 1. c. 6.* Regum Catholicorum felicitati clam  
*Anton. Leon.* invidus, novas terras detegendi consi-  
*Bibl. jud.* lium exequi jam antea incæperat, nunc  
*univers.* vero comperta Vesputii indignatione,  
*Surius ap-* eundem in regnum suum evocavit, tri-  
*pend. ad* busque navibus instructum tertio itinere  
*Nacler.* in Indias navigare jussit. Vesputius im-  
*p. 520. & seq.* perium haud abnuit, ac die decima ter-  
 tia Maji anno priori ex Ulyssiponensi portu  
 solvens, ad Africana litora usque ad  
 Sierram Lionam, & Angolæ oram ex-  
 currit: Postea cursum juxta terras Bra-  
 siliaë adjacentes promovens, totam hanc  
 regionem usque ad Patagonum litora, ac  
 ultra



ultra Platam fluvium detexit, inde ad Sæcul. XVI,  
A. C. 1502. Sierram Lionam, ac Guineæ oram iter suum relegens, in Lusitaniam rediit, hoc anno die septima Septembris Ulyssipone appulsus. Rex Emanuel prospero Vespertii successu lætissimus, eidem sex navigiorum imperium commisit, quibuscum repetito jamque quarto itinere die decima Maji Anno salutis millesimo quingentesimo tertio profectus, prope Africæ, & Brasiliæ oras navigavit, per Occidentem ad Moluccos transitum aperturus. Demum in festo omnium Sanctorum Bahiam prætervectus, Abrolhos & Curadum superavit; cumque nonnisi ad vigesimum mensem comœtu instructus esset, ac quintum jamjam in lustrandis hisce oris absumpsisset, ob maris perfidiam, ac tempestatum, ventorumque injuriam de ulteriori progressu desperabat, unde in Lusitaniam reverti constituit, ubi etiam die decima octava Junii anno millesimo quadringentesimo quarto appulsus est, quarto post anno ibidem fatis functus. Posteris reliquit plures Epistolas, ac quatuor suarum navigationum relationes, quas Renato II. Lotharingiæ Duci, qui Siciliæ Regis nomen assumpsit, nuncupabat.